998.

VII, 220.

S. Mittimus hanc mīstrā ad te. Valentini nrī paulo an̄ ux-
rem. nuc uero iudicii sententia ab eo diremptā et gravida, q̄ mitteri
ut uides. ~~Nam~~ cū urbe pp offendiculū egredi iussa sit.
plane cōsilij inops. quo se recipiat nescit. ōīq̄ metuamus nos,
ne forte desperatione absorbta. indignū aliqd in seipsam
statuat. q̄ ut apparet, simplex est. et penitus destituta.
~~Visū~~ placuit ut istuc se recipiat ad tēpus. et pro industria
qua ualet nendo et texendo. sibi uictū querat. tanto uero
nos ad miserendū eius propensiores sumus. quod adulteriū eius
nō sit affectatū. ut ipē abūde colligis. et p cettera probatæ
fuerit semp uitæ. Quare te p Chrm rogamus. primū
ut boni cōsulas nrm studiū. qui tā pp famā. et ministeriū
tot remotius uoluimus ablegatā. ~~et~~ deinde ut uel p amicos
efficias ut alicubi locū habere possit. neq̄ .n. est ut quæq
illa querat. ~~et mediocre~~ quādo ei suppetit mediocris sustentatio.
et ut scripsi. laborib. assueta. facile uictū diurnū cōparare sibi
poterit. Servitus tuus bn̄ se gerit. et in utraq̄ lingua liberaliter
pficit. ~~et~~ tū dialecticæ principia iā hausit. qui si pgat
cursū studiorū ptendere. et ut cœpit obsequi. erit nobis gratissimus.
quod ut faciat oradus est Dns. uerus auctor moderator. Noui
nīl habemus prorsus. Vale charisss. et obseruādiss. frater
Basil. 18 octob. Anno 1553

T. Sulcerus. D. D. Marci
et thomæ noīe. nā singulis
pp festinatione scribere
nō licuit.

Viro praestantiss. D. M. Ambro
sio Blaurero dno et symmistae
observandiss.

1553

20 octobris

p Domicilium
apparitorem
nostrum
adulis
qz
volit
uxorē
adducat

An meister ambrosi
blaurer predicanten
zů Biel